

- 1) Ihr Vater Heinrich II. Zurlauben war damals Landvogt der Grafschaft Baden.
- 2) Von 1688 bis 1691 war dieser Inhaber und Kommandant einer Kompagnie im Regiment Stoppa und von 1702 bis 1715 Inhaber einer Kompagnie im Regiment Pfyffer beide in franz. Diensten. Ferner war er von 1702/03 bis 1706 Inhaber einer Kompagnie in mail./span. Diensten im Regiment Amrhyn.
- 3) s. Meier/Zurlaubiana "Stammtafel" 867 unter 9.3.
- 4)

AH 123, 28

15

1730 Juli 9., Meersburg

A

ANWEISUNG DES BISCHOFS VON KONSTANZ, JOHANN FRANZ [SCHENK VON STAUFFENBERG], AN VERSCHIEDENEN ORTEN [IN DER EIDGENOSSENSCHAFT], SO U.A. IM DEKANAT ZUG¹, VISITATIONEN DURCHFÜHREN

*"Nos Joannes Franciscus Dei, et Apostolicae Sedis Gratiâ Episcopus Constant. S.R.J. Princeps, Dominus Augiae Maioris [=Reichenau], et Oeningae [=Oehningen], Necnon Coadiutor Dioecesis Augustanae [=Augsburg] etc. Adm. Reverendo Jllustri, Reverendis Nobilibus, et Clarissimis Nobis in [Jesu] Christo Sincerè dilectis, et Fidelibus S.S. Theologiae Doctoribus, Suffraganeo, et Vicario Nostro Generali Francisco Joanni Antonio de et in **Sirgenstein**, Episcopo utinensi [=Uthina], Cathedrali Ecclesiae Constant. Custodi et Canonico etc. necnon Consiliarijs Nostris Francisco Josepho [richtig: Josef Franz] â **Schorno** Visitatori Generali, et Francisco Antonio [richtig: Andreas] **Rettich** Vice Officiali, respectivè Custodi et Canonicis Collegiat. Ecclesiarum ad S.tum Stephanun, et ad S.tum Joannem Const. et ad S. Pelagium Episcopizellae [- während Schorno von 1697 bis 1736 Kustos des Stifts Bischofszell und Chorherr am Stift St. Stefan in Konstanz war, hatte Rettich von 1724 bis 1747 die Stelle eines Chorherrn am Stift St. Johann in Konstanz inne -] Visitoribus Nostris Specialiter Deputatis Gratiam nostram et fidelem Commissorum Observantiam, et Executionem.*

Cùm officij Nostri Ratio, et Pastoralis, quâ Nobis incumbit, Sollicitudo exigit, ut Ecclesias, Clericalem Statum Nostrae Diocesis; eorumque Jura in Suâ dignitate conservemus, fidelem populum in verâ,

et orthodoxa fide Stabiliamus, ac Si quid in his per lapsum temporis, vel alio quocumque modo Labefactatum contigerit, in pristinum Suum vigorem restituamus. Hinc vobis Super nominatis Autoritate Nostrâ ordinariâ per praesentes committimus, et Mandamus, quatenus Capitula ruralia Rappenschweil [=Rapperswil], Clarus [=Glarus], Einsidlen, Schweiz [=Schwyz], Urij, Tugium [=Zug], et Frauenfeld, uti et alia Loca, ad quae Vos, vel opportunitas temporis, vel occasio viarum, vel aliarum rerum circumstantia duxerit, unâ cum praedictorum Locorum Ecclesijs, ac Personis Omnibus Ecclesiasticis, etiam non beneficiatis, quò Vos venire contigerit, Sive Saeculares Clericos, sive regulares quoscunque Nobis Subiectos Nostrâ exemptos verò Apostolicâ potestate Nobis vigore Concilij Trident. delegatam, juxta Eiusdem Concilij Trident., et Statutorum Nostrorum Synodaliū praescriptum; coniunctim, vel divisim, prout itineris Vestri Commoditas feret, visitetis, et si quid correctione, punitione, dispositione, aut Executione dignum deprehenderitis, pro re natâ vice, ac Nomine Nostris, vel coniunctim, vel divisim corrigatis, puniatis, disponatis, et Executioni mandetis, Juris dictionem quoque ac Jura Ecclesiastica Nostra contra quaevis molimina virilitèr manû teneatis, et defendatis, ad ipsas censuras Ecclesiasticas, Si opus fuerit, procedendò, ut quae omnia, uti praemittitur, plenam Vobis impertimur facultatem ratas, et gratas habituri Vestras dispositiones in recessu Visitationis huiusmodi formandas; Volentes tamen, ut causas magis ardui momenti occurrentes ad Nostram reservetis Notitiam, Ordinationem, aut rati habitionem, totamque Vestrae Visitationis Seriem una cum Copijs dispositionum, et Decretorum Vestrorum Nobis in Scriptis tradatis, quatenus praevio maturo consilio id porro resolvere, ac Statuere valeamus, quod Divini Cultûs Augmentum, Animarum Salus, necnon Juris dictionis, Jmmunitatis, et Disciplinae Ecclesiasticae conservanda ordo dictaverit.

In quorum fidem praesentem manu Nostrâ Subscripsimus, et Sigillo No-
stro Pontificali communiri jussimus. ...

[gez.] Joan: Franc. Ep: Const.

Coadiutor August.

L.S."

1) s. Zurlaubiana AH 72/194